UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex dauid vicit amalech. cap. xxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

De ſuſcitatiōe ſamuelis. Ca. XXV

Factum eſt eo tē

pore cōgregati ſunt ad pliū cō
tra iſrael philiſtei Et ait achis
ad dauid Mecū egredieris in caſtra, tu ⁊ vi
ri tui Ego cuſtodē te pono capit meī p cun
ctis Cōgregauit etiā ſaul vniuerſum iſrl' et
venit in gelboe. Samuel aūt mortu⁹ erat.
Hoc ideo repetit' ſicut anguſtia ſaulis oſtē
datur. i qua plurimū eſſet ei neceſſari⁹ ſamu
el. Vel vt oſtendatur ſamuel recenter mor-
tu⁹ q̇ in primo erat ſuſcitand⁹ Tradunt enī
nemīnē poſſe ſuſcitari arte phitonica niſi re
cēter mortuū. et adhuc integris vitalib⁹ Ti
muit itaq̨ ſaul et ꝯſuluit dñm. Qui non re
ſpondit ei. neq̨ p ſomnia neq̨ p prophetas.
id eſt p diſcipulos ſamuelis. neq̨ p ſacerdo
tes Hebre⁹ habet. neq̨ p doctrinam ephot
ſcꝫ i quo erat doctrina et veritas Et ait ſaul
ſeruis ſuis. Querite mihi mulierē habentē
phitonē. Ipſe eñ occiderat magos ⁊ ario-
los ⁊ phitonicos. Unā tradidit hieronym⁹
reſeruatā. q̄ mater erat abner, q̄ latens habi
tabat in endor. q̄ ciuitas eſt iuxta fontē en-
dor Phitonem quidā tradunt eſſe artē ſu-
ſcitādi mortuos quā phitius adinuenit, q.
d. Querite mihi mulierē peritam artis illi
us. Qḋ congruit hebreo in quo legitur mu
lierē baladoph Balad enī interptat' domi
na. oph eſt nomen artis illius Mutauit ita
q̨ ſaul habitū ſuū et venit ad mulierem no-
cte cum duob⁹ viris ⁊ ait Suſcita mihi quē
dixero tibi. Que reſpondit Noſti quāta fece
rit ſaul magis. Quare ergo inſidiaris anime
mee. Quidā tradunt ſaulē ob hoc eos dele-
uiſſe: quia preconabant' dauid futurū regē.
Iurauit aūt ei ſaul ꝙpter hāc rem nihil ma
li pateretur: ⁊ dixit vt ſuſcitaret ſamuelē. Vi
dens autē mulier virū ſanctū: cōturbata eſt
⁊ ait. Quare impoſuiſti mihi. Tu eñ es ſaul
Hoc eñ ei ſamuel indicauerat vt ait ioſe-
phus. Quidam fabulantur mortuū magice
ſuſcitatū a pedibus primo moueri et ſurge-
re niſi quando ſciſcitante rege ſuſcitat': tūc ei
a capite ſurgit. Alij dicunt ꝓphetam nō poſ-
ſe ſuſcitari niſi rege ſciſcitante. Tunc indica-
uit ei ſaul ſe ſaulem eſſe et ait. Noli timere.
Quid vidiſti. Que reſpondit. Virū ſenem ⁊
glorioſum et amictū pallio ſacerdotali. Et
intelligēs ſaul ꝙ ſamuel eſſet adorauit eū: et
ait anima ſamuelis vt dic̄ ioſephus. Quare
inq̄etaſti me. Cui ſaul. Coartor nimis. Phi-
liſtei pugnāt aduerſum me ⁊ dominus non
reſpondit mihi. Obſecro dic mihi quid faci
am. Qui reſpondit: quid interrogas me: cū
dñs receſſerit a te Faciet tibi dominus ſicut
locutus eſt. Tollet regnū de manu tua: ⁊ da
bit illud dauid. Cras aūt tu ⁊ filij tui mecū
eritis. id eſt in numero mortuoꝝ: ſicut ego ſū
vel in inferno. De hac ſuſcitatiōe dr̄ a q̄buſ-
dā ꝙ ſpūs malignus apparuit i ſpecie ſamue
lis vel phantaſtice imago ei⁹ ibi apparuit: q̄
dicta eſt ſamuel. Tradunt q̄dam ꝙ dō pmit
tente anima ipius tm̄ ꝯſimili corpore indu-
ta apparuit ibi. Alij ꝟo ꝙ corpus tm̄ ſuſcita
tum eſt cū ſpiritu viuifico anima in loco ſuo
manente ⁊ quieſcente. Hoc audiens ſaul p-
ſtratus eſt in terram pre timore: nec comede
rat panem in die illa: ⁊ coegit eū mulier ⁊ ſer
ui eius vt comederet. Cūq̨ comediſſet redijt
ad caſtra p noctem. Noluit eñ ſciri ꝙ conſu
luiſſet phitoniſſam.

Q dauid vicit amalech. Ca. XXVI.

Congregati ſūt

ergo philiſtei in affech: ⁊ iſrl' ca
ſtrametatus eſt ſup fontē q̄ erat
in iſrael. Satrape vero philiſtinorum vidē-
tes dauid ⁊ ſuos eſſe cum achis dixerūt. Re
uertantur hebrei iſti in locum ſuum: ne forte
cum ceperimus preliari fiant nobis aduerſa
rij: ⁊ in capitibus noſtris mereant' ſibi reddi
gratiam dñi ſui. Tunc ait achis ad dauid in
uitus ⁊ dolens. Bonus es in cōſpectu meo
ſed ſatrapis non places Surgite de nocte ⁊
abite diluculo. Abijt ergo dauid cū ſuis i ſy
celeg die tertia. Amalechite vero interim im
petū fecerunt in ſyceleg. Et ſuccenderunt eā
⁊ captiuas duxerant mulieres et paruulos:
⁊ vniuerſam predam. Planxit ergo dauid ⁊
populus qui erat cum eo donec deficerēt in
eis lachryme ⁊ volebant eum ſui lapidare.
Confortatus autem dauid in domino: cōſu
luit dominū per abiathar dicēs. Perſequar
latrunculos hos et comprehendam. Qui re
ſpondit. Perſequere ⁊ cōprehendes et redu-
ces predam. Abijt ergo dauid et ſexcenti cū
eo ⁊ venerunt ad torrentē bethor: al's beſor.
⁊ ibi ducenti laſſi ſubſtiterunt ad ſarcinas ex
mandato dauid. Cumq̨ alij tranſiſſent inue-
nerunt puerū egyptiū fame deficientē: quē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

relīquerat dñs ſuus vir amalechita cū egro-
tare eū vidiſſet. Et dederūt ei cibū: et reuer-
ſus eſt ſpūs eiꝰ Et ait ad eum dauid Potes
me ducere ad cuneum iſtum. Qui ait Si iu-
raueris mihi qꝫ nō occidas me nec tradas me
in manꝰ dñi mei: ducam Et iurauit ei dauid
et eo ducēte inuenerunt hoſtes epulātes: et
quaſi diem feſtum celebrātes Et ꝑcuſſit eos
dauid a veſpere vſqꝫ ad veſperā alteriꝰ diei: ⁊
ſoli quadringenti adoleſcentes euaſerunt in
camelis Eruit ergo dauid oīa q̄ tulerant ama-
lechite ab hoīe vſqꝫ ad pecus. Dicitur qꝫ ī hac
victoria ꝓbuerūt illi auxiliū nouem princi-
pes militū de manaſſe: qui ꝯfugerant ad eū
dū rediret in ſyceleg. Prius enī venerant ad
eum tm̄ de iuda et beniamin. Porro cū re-
diſſent ad ducentos viros q̄ laſſi ſubſtiterāt
ſalutauit eos dauid pacifice. Et idignati ſūt
quidam qui cum eo ierant dicentes. Suffi-
ciat cuiqꝫ vxor ſua ⁊ filij: de preda nihil da-
bimꝰ eis. Et ait dauid. Non audiet vos q̄ſ-
qꝫ fres mei in ſmone h̄. Equa ps erit deſcē-
dentis ad ꝓliū: ⁊ manētis ad ſarcinas. Hie-
ronymꝰ ait Non ait q̄ laſſi māſerūt: q2 laſſis
nil deber dari de prede precio. Et factū eſt
hoc ex die illo et deinceps q̄ſi lex in iſrael vſ-
qꝫ ad diē hāc. Venit ergo dauid in ſyceleg: ⁊
miſit dona de preda ſenioribꝫ iuda ꝓximis
ſuis et reliq̄s cum quibus cōmoratꝰ fuerat
ipe et viri eius.

De morte ſaul et filioꝝ eius. Ca. XXVII

Pro philiſtei
pugnabāt aduerſꝰ iſrl'. Saul
autē ſciēs ⁊ prudēs feſtinabat
ad mortē et viriliter dimicabat. Soli quip-
pe magnanimes rex terribiliū ſūt ꝯtempto-
res. Hec magnanimitas maxime cōuenit re-
gibꝫ quos ꝓ cumulo ꝑncipatus nō ſolū ma-
los non licet eſſe circa ſubditos, ſed nec me-
diocriter bonos eſſe. Fugerunt autē filij iſrl'
a facie philiſtinoꝝ ⁊ ceciderūt ī mōte gelboe
⁊ ꝑcuſſi ſunt tres filij ſaul: ionathas: amina-
dab: melchiſue. Hiſboſeth āt domi erat. Cū-
qꝫ grauiter vulneratus eſſet ſaul: dixit ad ar-
migerū ſuū. Percute me gladio tuo ne forte
ī circūciſi iſti illudāt mihi viuēti: ⁊ poſt inter-
ficiāt me. Et noluit armiger Et irruit ſaul ſu-
per gladiū ſuū. Adeo enī defecerat qꝫ nō po-
terat ſe trāſuerberare. Que vidēs armiger ſu-
us irruit ipe ſup gladiū ſuū Hic fuit doech
idumeus vt autumāt hebrei qui timuit eſſe
ſupſtes ſauli ꝓpter dauid: ⁊ mortui ſunt oēs
domeſtici ſaul q̄ erant cū eo. Vidētes aūt fi-
lij iſrael q̄ trans vallem iordanis erāt ſtragē
ſuoꝝ egreſſi d̄ ciuitatibꝫ ſuis fugerūt. Altera
die venientes philiſtei vt ſpoliarent inter-
fectos: expoliauerūt ſaul armis ſuis ⁊ filios
ſuos: ⁊ ꝑciſa capita eoꝝ cum armis miſerūt
in terrā ſuā ꝑ circūitum vt annunciaret hoc
in templo idoloꝝ ⁊ in populis. Et poſuerūt
arma eiꝰ in tēplo aſtaroth: caput ꝟo in tēplo
dagon: vt in paralipomenon legit. Corpus
ꝟo eiꝰ ⁊ filioꝝ ſuſpenderūt ī muro bethſan:
q̄ſi in oculis iſrl'. Eſt enī ciuitas philiſtijm ī
terminis iſrl'. Viri aūt de iabes galaad q̄s li-
berauerat ſaul ab amonitis ambulauerūt to-
ta nocte: ⁊ tulerūt cadauera d̄ muro bethſan
⁊ cōbuſſerūt ea igni: ⁊ ſepelierūt oſſa ī nemo-
re iabes. Et plāxerūt eū ieiunātes. vij. diebꝫ
Nota qꝫ in paralipomenon legit Mortuꝰ ē
ſaul ꝓpter iniq̄tates ſuas: ⁊ addit: q̄ſi ī cumu-
lū peccati: ſꝫ inſup ꝯſuluit phitoniſſā: ꝓpter qꝫ
interfecit eū dñs Huiꝰ peccati magnitudinē
multi nō attēdūt. Et regnauit ſaul viuēte ſa-
muele. xviij. ānis: ⁊ eo mortuo duobꝫ annis
Hos ānos ſacra tn̄ ſcriptura nō annotauit.
A ſamuele ꝓprie incipiūt tpa noīatoꝝ ꝓphāꝝ
ſicut a ſaule tpa regū iſrael.

Incidentia.

In diebꝫ iſtis apud latinos q̄rtꝰ regnauit
ſiluiꝰ eneas: filius poſtumi. Alia tn̄ hiſtoria
quartū ponit ſiluiū latinum vterinū fratrem
poſtumi ⁊ q̄ntū ſiluiū eneā His tpibꝫ home-
rum fuiſſe q̄dā dicunt: de q̄ magna diſſonā-
tia eſt apud veteres. Crates poſt eū ante de-
ſceſum in peloponenſiū vrbē eraclidaꝝ. Cri-
ſtodenes centeſimo anno a captiuitate troie
Ariſtarchus et philochorus tpe migratio-
nis iconice. Appollodorꝰ atheniēſis. ccl. an-
no euerſiōis ilij. Alij modico tpe an̄q̄ olym-
piades inciperent.

Sequuntur tituli capituloꝝ in hiſtoriaꝝ
Regum ſecundi.

E plāctu dauid
ſup ſaul ⁊ ionathan. ca. i.
De prima vnctiōe dauid in regē
capitulū ij.
De regno hiſboſeth. ca. iij.
De filijs dauid. ca. iiij.